nam[69] et unum corpus et duo[70] membra[71] et octo alia parua[72] capita habet in singulis quibusque singula[73] habentur altaria.

E quibus nouem nauibus sex[74] modicas[75] tresque magnas esse dicimus. Prima nauis principalis est á portali[76] occidentali[77] usque ad medios pilares, quatuor[78] scilicet qui omnem[79] gubernant æcclesiam, habens unam nauiculam ad dexteram et aliam[80] ad leuam. Alie uero duæ magne[81] naues in duobus membris habentur, quarum[82] prima á porta Francigena usque ad quatuor[83] pilares crucis[84] ecclesie[85] pertinet, et secunda ab ipsis pi**(f. 208)**laribus usque ad portam meridianam. Que utræque naues duas laterales nauiculas habent.

He[86] uero tres[87] naues principales usque ad æcclesiæ[88] cælum pertingunt, et sex pauce[89] nauicule usque ad medias cindrias[90] tantum[91] ascendunt. Vtreque magne naues, undecim[92] et dimii[93] status hominis habent in latitudine.[94] Statum[95] hominis recte de octo palmis[96] esse dicimus.

In maiori naui, triginta unus[97] minus[98] pilares habentur; quatuordecim[99] ad dexteram, totidemque ad leuam, et unus est inter duos portallos deintus, aduersus[100] aquilonem, qui ciborios[101] separat. In nauibus uero crucis eiusdem æcclesiæ[102] á porta uidelicet Francigena usque ad meridianam, uiginti[103] et sex[104] habentur pilares, duodecim[105] ad dexteram, totidemque ad leuam, quorum duo ante ualuas intus positi, ciborios[106] separant et portallos. In corona namque æcclesiæ,[107] octo[108] singulares columpne[109] habentur[110] circa Beati Iacobi altare.

Sex[111] nauicule quæ superius in palacio[112] æcclesie habentur, longitudine et latitudine tali sunt, sicut subiugales alie nauicule que sunt deorsum. Ex uno quidem[113] latere eas tenent parietes, et ex alio pilares qui desubter[114] de[115] magnis nauibus sursum ascendunt, et duplices pilares qui a lapidicibus[116] uocantur medie cindrie. Quot sunt pilares inferius[117] in æcclesia,[118] tot sunt[119] superius[120] in nauibus, et quot cingule[121] inferius tot sunt in palacio[122] superius. Sed in nauibus palacii[123] inter pilares singulos due simul columpne[124] semper[125] sunt, que uocantur columpne[126] cindrie á lapicidibus.

In eadem uero æcclesia[127] nulla scissura, uel corrupcio[128] inuenitur; mirabiliter operatur,[129] magna, spaciosa,[130] clara, magnitudine condecenti latitudine longitudine et altitudine congruenti, miro et ineffabili[131] opere habetur, que etiam dupliciter uelut regale palacium[132] operatur. Qui enim sursum per naues

yemecalida, estate temperata.[210] In[211] prefata uero columpna[212] he[213] littere[214] scripte[215] hoc modo in duabus lineis **(f. 209)** sub pedibus leonum habentur per circuitum:

> **T**[216] EGO BERNARDUS BEATI IACOBI TS THESAURARIUS[217] HANC AQUAM HVC ADDUXI ET PRESENS[218] HOPUS[219] COMPOSUI AD MEE ET ANIMARUM MEORUM PARENTVM REMEDIUM. E.[220] I.[221] C. L. X. III. IDUS APRILIS.

DE PARADISO[222] VRBIS

Post fontem[223] habetur paradisus, ut diximus, pauimento lapideo factus,[224] in quo crusille[225] piscium id est[226] intersigna[227] Beati[228] Iacobi uenduntur peregrinis, et butti[229] uinarii, sotulares, pere ceruine, marsupia, corrigie, cingule, et omne genus erbarum[230] medicinalium, et cetera pigmenta et alia multa ibi ad uendendum habentur. Cambiatores uero et hospitales, ceterique mercatores, in Uia Francigena habentur. Paradisus uero ille tantus est, quantum iactus est lapidis in utraque parte.

DE PORTA SEPTEMTRIONALIS[231]

Post[232] paradisum namque illum septemtrionalis[233] porta Francigena eiusdem basilice Sancti Iacobi inuenitur,[234] in qua duo[235] introitus habentur, qui etiam his operibus pulcre[236] sculpuntur. In uno quoque introitu exterius sex habentur columpne,[237] alie marmoree, alie lapidee, ad dexteram tres et ad leuam tres, sex[238] scilicet[239] in uno introitu, et sex[240] in alio. Itaque duodecim[241] habentur columpne.[242] Super uero[243] columpnam[244] que est inter duos[245] portales de foris in[246] pariete, residet Dominus in sede maiestatis[247] et manu dextera benedictionem[248] innuit, et in sinistra librum[249] tenet, et in circuitu troni[250] eius sunt quatuor[251] euangeliste, quasi tronum[252] sustinentes, et ad dexteram eius[253] paradisus est insculptus,[254] in quo ipse Dominus est in alia effigie,[255] Adam et Euam corripiens de peccato,[256] et ad leuam est similiter in alia persona,[257] eiciens[258] eos á paradiso. Ibidem uero circum circa[259] multe immagines[260] sanctorum, bestiarum, hominum, angelorum, feminarum, florum, ceterarumque creaturarum sculpuntur, quarum essenciam[261] et qualitatem pre magnitudine sua[262] narrare non possumus. Sed tamen[263] super portam quæ est ad sinistram cum basilicam intramus, in ciborio scilicet[264] Beate MARIE uirginis annunciacio[265] sculpitur. Loquitur etiam ibi angelus Gabriel ad eam.

Ad leuam uero super portas in laterali **(f. 209v)** introitu, menses anni,[266] et alia multa opera pulcra[267] sculpuntur. Duo uero leones magni et feroces forinsecus in parietibus[268] habentur, qui ualuas quasi obseruantes semper[269] respi-

palacii[133] uadit, si tristis ascendit, uisa obtima[134] pulcritudine[135] eiusdem templi, letus et gauisus efficitur.

DE FENESTRIS

Fenestre uero[136] uitree que sunt in eadem basilica, sexaginta[137] et tres numero habentur. Ad unum quodque altare quod est in corona, tres habentur. In celum uero basilice circa Beati Iacobi altare, **(f. 208v)** quinque[138] fenestre habentur, unde apostolicum[139] altare ualde perlustratur. In palacio[140] uero sursum quadraginta[141] et tres numero habentur[142] fenestre.

DE PORTALLVLIS[143]

Tres portales[144] principales et septem[145] paucos habet eadem æcclesia,[146] unum qui respicit ad occidentem,[147] scilicet principalem, et alium[148] ad meridiem, alterum[149] uero[150] ad septemtrionem.[151] Et[152] in uno quoque portali principali, duo sunt introitus, et in uno quoque introitu, due porte habentur. Primus uero ex septem[153] portallulis[154] uocatur de Sancta Maria, secundus de Uia Sacra, tercius[155] de Sancto Pelagio, quartus de Kanonica,[156] quintus[157] de Petraria, sextus[158] similiter de Petraria, septimus[159] de Gramaticorum[160] Scola,[161] qui domo etiam archiepiscopi prebet ingressum.

DE FONTE[162] SANCTI IACOBI

Cum nos gens[163] Gallica apostolicam basilicam ingredi uolumus, per partem septemtrionalem[164] intramus.[165] Ante cuius introitum est iuxta uiam, hospitale[166] pauperum peregrinorum[167] Sancti Iacobi,[168] et inde[169] habentur[170] ultra uiam[171] scilicet quidam paradisus, ubi sunt gradus descensionis nouem. In[172] fine uero graduum[173] eiusdem paradisi,[174] fons[175] mirabilis habetur, cui similis[176] in toto[177] mundo non inuenitur. Habet enim fons ille in pede[178] tres gradus lapideos, super quos sita est quedam pulcherrima[179] conca[180] lapidea, instar parapsidis[181] uel bacinni[182] rotunda et[183] cauata,[184] que etiam tanta habetur, quia largiter possunt in ea balneari, ut[185] puto, quindecim[186] homines. In medio cuius sita est columpna[187] erea,[188] inferius grossa, septem[189] quadris apta,[190] decenti altitudine longa,[191] de cuius cacumine quatuor[192] procedunt leones, per quorum[193] ora quatuor[194] exeunt limphe[195] flumina ad reficiendum Beati Iacobi peregrinos, et ciues. Que etiam flumina postquam[196] egrediuntur ab oribus leonvm ilico[197] labuntur in eadem conca[198] inferius, et[199] ab hinc[200] exeuntes per quoddam[201] eiusdem conque[202] foramen, subtus[203] terram recedunt.[204] Sicut uideri[205] nequit unde aqua uenit, sic nec uideri ualet quo uadit.[206] Est autem[207] limpha[208] illa dulcis, nutribilis sana, clara, obtima,[209]

marito proprio abscisum,[325] osculans[326] illut[327] bis per diem, coacta[328] á uiro[329] suo. O quam ingentem et admirabilem[330] iusticiam[331] mulieris adulterate omnibus narrandam!

In superiori uero ordine super quatuor[332] ualuas uersus palacium[333] basilice quidam ordo[334] mirabilis ex lapidibus, albi marmoris pulcre[335] refulget.[336] Stat enim[337] Dominus ibi rectus, et Sanctus Petrus ad sinistram[338] eius, claues suas[339] manibus tenens, et Beatus Iacobus ad dexteram inter duas arbores cipressinas,[340] et Sanctus[341] Iohannes[342] iuxta eum frater[343] eius. Sed et[344] ad dexteram et[345] leuam apostoli ceterique[346] habentur.

Est igitur murus desursum et deorsum, ad dexteram scilicet et leuam obtime[347] sculptus[348] floribus uidelicet hominibus,[349] sanctis,[350] bestiis, auibus, piscibus, ceterisque operibus[351] que á nobis comprehendi narracione[352] nequeunt. Sed[353] quatuor[354] angeli super ciborios[355] habentur cornua singula singuli tenentes,[356] iudicii diem prenunciantes.[357]

DE PORTA OCCIDENTALI[358]

Porta occidentalis habens duos[359] introitus, pulcritudine,[360] magnitudine et operacione[361] alias transcendit portas. Ipsa maior et pulcrior[362] aliis habetur,[363] et mirabilius operatur, multisque gradibus de foris, columpnisque[364] diuersis marmoreis, speciebusque uariis et diuersis modis decoratur immaginibusque[365] hominibus, feminis, animalibus, auibus, sanctis, angelis, floribus, diuersisque generum operibus[366] sculpitur. Cuius opera tanta[367] sunt, quia[368] á nobis narracionibus[369] comprehendi nequeunt.

Sursum tamen[370] dominica transfiguracio[371] qualiter in Monte Thabor[372] fuit facta,[373] mirabiliter sculpitur. Est enim Dominus ibi[374] in nube candida, facie splendens ut sol, ueste refulgens ut nix, et Pater desuper loquens ad ipsvm, **(f. 210v)** et Moyses et Elias[375] qui[376] cum illo[377] apparuerunt,[378] loquentes ei excessum[379] que*m*[380] completurus erat in Iherusalem.[381] Ibi uero Beatus Iacobus est, et Petrus et Iohannes[382] quibus transfiguracionem[383] suam pre[384] omnibus Dominus reuelauit.[385]

DE TURRIBUS BASILICE[386]

Nouem uero turres in eadem ecclesia[387] habiture[388] sunt, due scilicet super portalem[389] fontis,[390] et due super portalem meridianum, et due super portalem occidentalem,[391] et due super singulas uites, et alia maior super crucem in medio basilice. His ceterisque operibus pulcherrimis Beati Iacobi basilica obtime[392] gloriosa refulget. Est etiam[393] tota ex fortissimis lapidibus[394] uiuis brunis scilicet[395] et durissimis ut marmor facta, et deintus diuersis speciebus depicta,

et deforis teolis[396] et plumbo obtime[397] cooperta. Sed ex his que[398] dicimus[399] alia sunt iam omnino adimpleta, aliaque adimplenda.

DE[400] ALTARIBUS[401] BASILICE.[402]

Altaria huius basilice hoc ordine habentur. In primis iuxta portam Francigenam, que est in sinistrali parte, est[403] altare Sancti Nicholai,[404] inde[405] est altare Sancte Crucis; inde[406] est in[407] corona scilicet altare Sancte Fidis uirginis; inde[408] altare Sancti Iohannis[409] apostoli[410] et euangeliste, fratris Sancti[411] Iacobi;[412] inde est altare Sancti Saluatoris[413] in maiori scilicet[414] capite;[415] inde est altare Sancti Petri[416] apostoli; inde est altare[417] Sancti Andree; inde est[418] altare Sancti Martini episcopi;[419] inde est altare sancti Iohannis[420] Babtiste.[421] Inter altare Sancti Iacobi et altare Sancti Saluatoris[422] est altare Sancte Marie Magdalene, ubi decantantur misse matutinales[423] peregrinis. Sursum in palacio[424] æcclesiæ[425] tria altaria solent[426] esse, magister[427] quorum est altare[428] Sancti Michaelis[429] arcangeli,[430] et aliut[431] altare est in dextrali[432] parte, scilicet[433] Sancti Benedicti,[434] et[435] aliut[436] est altare in sinistrali[437] parte sanctorum scilicet Pavli apostoli et[438] Nicholai[439] episcopi, ubi etiam[440] solet esse archiepiscopi[441] capella.

DE CORPORE ET ALTARE[442] SANCTI[443] IACOBI.

Set[444] enim de qualitate æcclesiæ[445] actenus[446] tractauimus; nunc de apostolico[447] altari uenerabili[448] nobis est[449] tractandum. In prefata siquidem[450] uenerabili basilica[451] Beati Iacobi corpus uenerandum sub altari maiori quod sub eius honore fabricatur honorifice, ut fertur, iacet arca[452] marmorea reconditum, in obtimo[453] arcuato[454] sepulcro,[455] quod miro opere ac magnitudine condecenti[456] operatur. Quod etiam corpus[457] immobile esse peribetur,[458] testante Sancto[459] Theode**(f. 211; change to Scribe 2)**miro[460] eiusdem urbis episcopo, qui illud olim repperit,[461] et nullatenus mouere[462] potuit. Erubescant igitur[463] emuli transmontani, qui dicunt se aliquid ex eo, uel reliquias eius[464] habere. Apostolicum namque corpus totum ibi habetur carbunculis paradisiacis[465] diuinitus illustratur, odoribus[466] diuinis indeficientibus[467] fraglantibus[468] honestatur, cereisque celestibus[469] fulgentibus[470] decoratur, angelicisque obsequiis sedule honoratur.

Super cuius sepulcrum[471] est altare parum,[472] quod eiusdem[473] discipuli, ut fertur, fecerunt, quod etiam propter amorem apostoli discipulorumque[474] eius, a nullo postea uoluit deleri, et super illud est altare[475] magnum et mirabile, quod habet in altitudine .v.[476] palmos et in longitudine .xii.[477] et in latitudine .vii.[478] Sic[479] propriis manibus ego mensuraui. Est igitur altare parum[480] ex tribus lateribus,[481] ad dexteram scilicet, et leuam, et retro, sub eodem altari magno[482] clausum,[483] sed[484] in antea apertum, ita ut uideri aperte potest[485] ablata tabula